Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



in hijs voluminibus perfecta ad te vox est mea tribues
his temporibus quantum poteris quantum voles Cum vero
intellexero te hoc scire quid gaudere cum et presens tecum
prope diem ut spero et dum haberis absens loquar Ma
le igitur mi Cicero tibique persuade esse te quidem michi ca
rissimum sed multo cariorem si talibus monumentis pre
ceptis que letaberis

Marci tullij Ciceronis offiaorum liber totalis
expliciat feliciter x kln aprilis i l e l

Hoc ciceronis opus siquis bene novit eius
Preceptis parebit proximus ille deo est
Cedat huic omnis doctrix turba virorum
Tullius hic rectam monstrat in astra viam
Epithaphium Ciceronis Antiquum
Eloquij princeps maximus memorabilis auctor
Tullius indigna cede peremptus obit
Huius qui terras implevit nomine claro
Ingenium caso corpore morte caret
Vivit et invenit pollet cum laude perenem
Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent
Inclitus hic Cicero lamie pietate sepultus
Quem fortuna veri tradidit inmerite
Maximus eloquio tuus bonis urbis amator
Permices malis profligatus bonis
Qui septuginta completis et tribus annis
Seruiae pressam destituit patriam
Epithaphium Ciceronis ab Enea silvio poeta laureato merito edictum
Hic iacet in tumba romane gloria lingue
Tullius nifande que rapuere manus
Antonij gladijs cecidisti magne senator
Et caietanus te sepelivit ager
Eloquij mira superasti dote pelasgos
Vel te dum vivit iustior alter erat
Ergo licet tumulo tua membra teguntur opaco
Non tamen ingenium mors tulit atra tuum
Dum velum terras respexerit et mare velum
Effugient laudes secula nulla tuas
Vos qui transitis iuvenes pueriqu senes
Disite et o Cicero dicite noster vale